

alendorum gregum; pecora sua, et armenta, et omnia quæ habere poterunt, adduxerunt secum.

53. Cùmque vocaverit vos et dixerit: Quod est opus vestrum?

54. Respondebitis: Viri pastores sumus servi tui, ab infantia nostrâ usque in præsens, et nos et patres nostri. Hæc autem dicetis, ut habitare possitis in terrâ Gessen: quia detestantur Ægyptii omnes pastores ovium.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — AD PUTEUM JURAMENTI. In Bersabee, ut habent Hebræa; Bersabee enim hebraicè significat puteum juramenti, uti dixi c. 21, v. 51.

VERS. 5. — NOLI TIMERE. Poterat Jacob timere iter in Ægyptum: primò, ob incommoda tam longi itineris, neve ipse utpote senex, in viâ moreretur antequam Josephum cerneret. Secundò, ne sui Ægyptiorum vitia imberberent. Tertio, ne in Ægypto sedes figerent sui posteri quibus à Deo promissa erat Chanaanæ, itaque Dei promissa irritarent, Deumque offenderent. Unde hunc metum eximit ei Deus v. 4. Nona ergo fuit hæc tribulatio Jacobi, sed quam Deus de more, mox suâ apparitione et consolatione dispulit.

VERS. 4. — EGO DESCENDAM TECUM. Ego tibi viâ comes, imò dux ero, ducam te tuosque in Ægyptum; indeque suo tempore reducam, te mortuum, tuos verò posteros vivos. Piè S. Ambros. lib. 2 de Jacob cap. 9. *Quid igitur, inquit, ei deerat cui Deus aderat? Quis tam potens in suo domicilio quàm iste in alieno? Quis tam abundans in ubertate quàm iste in fame? Quis tam fortis in juventute quàm iste in senectute (in eo enim, ut idem ait cap. 8, certant impigra vivacitas juvenutis, et tranquillitas senectutis). Quis tam astutus in negotio quàm iste in otio? Quis tam velox in curriculo quàm iste in lectulo? Quis tam letus in flore adolescentiæ quàm iste in mortis confinio? Quis tam dives in regno quàm iste in peregrino loco? Denique reges benedicebat. Et quis pauperem dical cuius conversatione dignus orbis terrarum non fuit? et idè conversatio ejus erat in calo. Et quid beatius quàm Deum ipsum habere comitem itineris? ait S. Chrysostomus hom. 65.*

JOSEPH QUOQUE PONIT MANUS SUAS SUPER OCULOS PATRIS, q. d.: Joseph tibi morientis oculos claudet, ac consequenter relinquit illic Joseph supersitem. Hinc patet prisces Hebræorum mos, quo charissimi charissimis suis morientibus oculos claudelant. Idipsum postea imitati sunt Græci et Romani. Unde queritur Euryali mater apud Virgil. *Æneidos* 9:

Nec te, tua funera, mater

Produci, pressite oculos, ut vulnera laui.

Illud quoque rogat deos Penelope scribens ad Ulysses, ut Telemachus filius utriusque parentis oculos clauderet; sic enim ait apud Ovid.

Di, precor, hos jubeant, ut cunctibus ordine fatis,

Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

VERS. 7. — FILIÆ. Jacob unicam habebat filiam, Dinam: filias ergo hic vocat, tum Dinam, tum nurus suas, puta uxores filiorum suorum.

avec eux leurs brebis, leurs bœufs, et tout ce qu'ils pouvaient avoir.

53. Et lorsque Pharaon vous fera venir et vous demandera: Quelle est votre occupation?

54. Vous lui répondrez: Vos serviteurs sont pasteurs depuis leur enfance jusqu'à présent, et nos pères l'ont toujours été comme nous. Vous direz ceci pour pouvoir demeurer dans la terre de Gessen, qui est abondante en pâturages, et pour n'avoir aucun commerce avec les Égyptiens, parce que les Égyptiens ont en abomination tous les pasteurs de brebis, à cause qu'ils mangent ces bêtes, que les Égyptiens adorent comme des dieux.

COMMENTARIUM.

VERS. 8. — QUI INGRESSI SUNT IN ÆGYPTUM. Vel pedibus suis, vel pedibus parentum, in quibus adhuc latebat. Nominè enim ingressis hic continetur omne tempus quod ab ingressu Jacobi usque ad mortem Josephi decurrit, uti jam patebit.

IRSE (scilicet Jacob) CUM LIBERIS SEIS. Supple, descendit in Ægyptum. Ita Hebræa.

VERS. 12. — HESRON ET HANUL. Ili nati sunt postea in Ægypto, ut patet ex dictis cap. 58; dicuntur tamen cum Jacob in Ægyptum descendisse, non in suâ personâ, sed in lumbis Phares patris sui, in quibus adhuc latebat. Nam, ut rectè annotavit S. Augustinus, descensus hic et ingressus Jacobi in Ægyptum complectitur quoque annos 17 vite ejus in Ægypto; imò et annos reliquos vite Josephi, puta 71, quia vocante et procurante Josepho, descendit Jacob in Ægyptum.

Nota. Præ filiis Zaræ numerantur hic filii Phares, quia ex Phares et Hesron descendebant reges Juda, et Christus Dominus.

OMNES ANIMÆ FILIORUM EJUS. Anima, id est, nati, geniti, puta filii et nepotes: nam Hesron et Hanul erant nepotes, non filii Jacobi; est synecdoche.

VERS. 15. — TRIGINTA TRES. Computatâ et ipsâ Liâ, aut potius ipso Jacob cum suis filiis et filiâ Dinâ. Liâ enim non videtur ingressa in Ægyptum, sed ante fuisse mortua: sepulta est enim in Hebron, ut patet c. 49, v. 51. Ab hoc numero rejiciuntur Her et Onan, utpote mortui.

VERS. 21. — FILII BENIAMIN. Numerantur hic decem filii Benjamin, ex quibus aliquos ipse postea genuit in Ægypto; nam hoc tempore quo descendit in Ægyptum, Benjamin erat tantum 24 annorum, unde non poterat tot genuisse filios. Rursùm non omnes hi fuere filii, sed aliqui nepotes Benjamin; nam expressè Septuag. habent: *Gera autem genuit Arad. Arad ergo non fuit filius, sed nepos Benjamin, ex filio Gera.*

Ros. Theodoret. et Procopius putant à Ros Romanos descendere et nominari; sed errant: nam Romani à Romulo nomen et originem acceperunt.

ARAD. Ab hoc descendunt Aradii, inquit Procopius. Verum verius est Aradios descendere ab Aradio filio Chanaan, uti dixi cap. 10, v. 18. Aradii enim fuerunt Chanaanæ, non Judæi, æquè ac Sidonii, Tyrii Byblii aliique Aradii vicini.

VERS. 26. — CUNCTÆ ANIMÆ. Cuncti homines, omnes proles, est synecdoche. Sic homines viles voca-

mus viles animas: è contrario Lucanus fortes animas vocat viros strenuos in bello cresos, cum ait:

Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptas.
Ioc nota, ne quis ex hoc loco colligat animas hominum, æquè ac brutorum, nasci ex traduce, puta ex semine et animâ parentum, cum fides doceat animam hominiam à solo Deo creari et infundi homini: idèbque immortalis est, uti dixi c. 37, 53.

EGRESSÆ SUNT DE FEMORE. Puta de genitalibus, quæ sunt inter femora; est metonymia. Secundò, propriè de femore, quia, ut ait Francis. Valesius Sacre Philosoph. c. 15, verè in femore sunt tres venæ seminales, quæ ortæ ex lumborum venis, antequàm in crura descendant, viris per femora in scrotum, mulieribus in uterum recurrunt, et fecundioris seminis partem subministrant; atque inde Numer. 5, v. 21, in maledictione adulteræ, dicitur: *Utero tumescente putrescat femur tuum, q. d.: Femore quo abusa es puniaris, ut femur quo luxuriata es putrescat, utque sterilitate et putredine plectaris, que filios quesivisti ex adulterio.*

SEXAGINTA SEX. In hoc numero non continetur Jacob, utpote parens omnium, nec Joseph et filii ejus, utpote qui jam erant in Ægypto.

VERS. 27. — SEPTUAGINTA. Hic annumeres oportet ipsum Jacobum et Josephum cum duobus ejus filiis: sic enim reperies septuaginta.

Dices: Quomodò ergo Septuag. et ex eis S. Lucas Actor. 7, v. 14 numerant 73?

Respondeo, ipsi addunt et annumerant Josepho Manassis filium Machir, et nepotem Galaad. Rursùm Ephraim filios, Sutaalam et Jaam, ac nepotem Edem, qui fuit filius Sutaalam; his enim additis sunt 75: hi autem adduntur, quia hi nati sunt vivente adhuc Josepho avo, ut patet Genes. 50, v. 22. Nam descensus hic et ingressus Jacobi in Ægyptum, extendit se usque ad mortem Jacobi et Josephi, uti dixi v. 8. Ita S. August. lib. 16 Civit. c. 40.

Quæres cur hi potius nepotes Josephi quàm aliorum fratrum in hoc catalogo numerentur?

Respondet primò S. August. quia Joseph fuit causa descensus Jacobi et fratrum in Ægyptum.

Secundò, sicut Moses computat nepotes Judæ, sic Septuag. computant nepotes Josephi, quia hi duo successerunt in primogenituram Rubeni: unde horum posteri obtinuerunt regnum Juda et regnum Israel. Ex Joseph enim, puta ex Ephraim, orti sunt reges Israel, ex Judâ reges Juda.

Tertiò, quia Joseph princeps fuit fratrum, imò princeps Ægypti.

Quartò, quia Jacob filios Josephi in suos filios adoptavit, uti vidimus c. 48. Porrò numerat hic stirpem Jacob, ut ostendat quàm illa in Ægypto creverit, quàm CAPUT XLVII.

1. Ingressus ergo Joseph nuntiavit Pharaoni, dicens: Pater meus et fratres, oves eorum et armenta, et cuncta quæ possident, venerunt de terrâ Chanaan; et ecce consistunt in terrâ Gessen.

que impleta sit Dei promissio, *In gentem magnam faciam te tibi, v. 5.* Nam in Ægyptum ingressi sunt tantum 70 cum Jacob, egressi vero cum Mose sexcenta ferè milia pedum, absque parvulis et mulieribus. Exodi 12, 37. Ita S. Chrys.

VERS. 51. — PASTORES SUMUS. Nota Josephi modestiam, prudentiam, simplicitatem. Modestiam, quia in aula Pharaonis scribi cupit se esse fratrem pastorum. Prudentiam, quia fratres in aula habere non satagit, ne aulicorum moribus corrumpantur. Simplicitatem, quia fratres ad status non evehit, sed in arte pastoriliâ, quam callebat, conservat. Longè aliter faciunt hodiè qui cum humillimi generis sint, tamen nobiles videri volunt; quique ad status erecti suos pariter, licet ineptos, evehunt, cum suo, familiæ et reip. damno, dedecore, periculo.

Solos ergo in Gessen fratres suos habitare voluit Joseph: tum ut ab Ægyptiorum commercio et vitiiis essent sejuncti; tum ut inde faciliùs ex Ægypto egrederet, et duce Mose, in Chanaan regredi posset.

Similis Josepho hæc parte fuit Phocion, qui cum à rege Philippo munera magna pecunie repudiaret, legatigique hortaretur accipere, saltem ut liberis suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate paternam tueri gloriam, respondit: *Si me similes erunt, idem hic agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit: sin dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis illorum aut avergere luxuriam, uti narrat Probus in ejus vita. Idem, minus offerebat Menyllo Antipatri prefecto, respondit: Alexandri magni munera recusavi; Antipater non est præstantior Alexandro. Instanti Menyllo, ut saltem pro Phoco filio ea caperet, respondit: Phoco, si mutata vita ad frugem rediret, sufficere patrimonium, nam ut nunc se gerit, nihil ei satis est.*

Similior et illustrior fuit Theodosius Imp., qui cum ad scholam venisset, Arcadiumque et Honorium filios, magnificè sedentes, Arsenium verò præceptorem stantem viderisset, illos insignibus principum nudavit addiditque: si tales se præberent ut mores ad disciplinam Dei que leges componerent, propensum se fore, ut cis imperium traderet ad reip. commodum: sin minus, condicibilis esse dixit ut sic privati vitam exigerent quam doctrinâ nullâ, cum periculo imperarent. Testis est Nicephorus lib. 11 Hist. c. 25.

DETESTANTUR ÆGYPTI OMNES PASTORES, OVIMUM. Quia pastores solent occidere et comedere carnes suarum ovium et pecudum, quæ Ægyptii pro diis colebant, ut patet Exodi 8, v. 26. Alebant tamen Ægyptii oves et boves, ut patet c. seq. v. 1, non ad esum, sed primò ad lanam et lac; secundò, ad suam oblectationem; tertio, ad stercorationem agrorum; quartò, ut aliis gentibus eas dividerent.

CHAPITRE XLVII.

1. Joseph étant donc allé trouver Pharaon, lui dit: Mon père et mes frères sont venus du pays de Chanaan avec leurs brebis, leurs troupeaux et tout ce qu'ils possèdent, et ils se sont arrêtés en la terre de Gessen

2. Extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit coram rege :

5. Quos ille interrogavit : Quid habetis operis ? Responderunt : Pastores ovium sumus servi tui, et nos, et patres nostri.

4. Ad peregrinandum in terrâ tuâ venimus, quoniam non est herba gregibus servorum tuorum, ingravescente fame in terrâ Chanaan; petimusque ut esse nos jubeas servos tuos in terrâ Gessen.

5. Dixit itaque rex ad Joseph : Pater tuus et fratres tui venerunt ad te.

6. Terra Ægypti in conspectu tuo est; in optimo loco fac eos habitare et trade eis terram Gessen. Quod si nōsti in eis esse viros industrios, consitue illos magistrōs pecorum meorum.

7. Post hæc introduxit Joseph patrem suum ad regem, et statuit eum coram eo; qui benedicens illi,

8. Et interrogatus ab eo : Quot sunt dies annorum vite tue ?

9. Respondit : Dies peregrinationis mee centum triginta annorum sunt, parvi et mali, et non pervenerunt usque ad dies patrum meorum quibus peregrinati sunt.

10. Et benedicto rege, egressus est foras.

11. Joseph verò patri et fratribus suis dedit possessionem in Ægypto in optimo terræ loco, Ramesses, ut præceperat Pharaon.

12. Et alebat eos omnemque domum patris sui, præbens cibaria singulis.

15. In toto enim orbe panis deerat, et oppresserat famem terram maximè Ægypti et Chanaan.

14. Et quibus omnem pecuniam congregavit pro venditione frumenti, et intulit eam in ærarium regis.

15. Cùmque defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Ægyptus ad Joseph, dicens : Da nobis panes; quare morimur coram te, deficiente pecuniâ ?

16. Quibus ille respondit : Adducite pecora vestra et dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis.

17. Quæ cùm adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, et ovibus, et bobus, et asinis; sustentavitque eos illo anno pro commutatione pecorum.

18. Venerunt quoque anno secundo et dixerunt ei : Non celabimus dominum nostrum, quòd, deficiente pecuniâ, pecora simul defecerunt; nec clam te est, quòd absque corporibus et terrâ nihil habeamus.

19. Cur ergo moriemur te vidente? et nos et terra nostra tui erimus; eme nos in servitutem regiam, et præbe semina, ne, pereunte cultore, redigatur terra in solitudinem.

20. Emit igitur Joseph omnem terram Ægypti, vendentes singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecitque eam Pharaoni,

21. Et cunctos populos ejus, à novissimis terminis Ægypti usque ad extremos fines ejus,

22. Præter terram sacerdotum, quæ a rege tradita fuerat eis: quibus et statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, et iudicò non sunt compulsi vendere possessiones suas.

2. Il présenta aussi au roi cinq de ses frères :

5. Et le roi leur ayant demandé : A quoi vous occupez-vous ? ils lui répondirent : Vos serviteurs sont pasteurs de brebis, comme l'ont été nos pères.

4. Nous sommes venus passer quelque temps dans vos terres, parce que la famine est si grande dans le pays de Chanaan, qu'il n'y a plus d'herbe pour les troupeaux de vos serviteurs ; et nous vous supplions d'agréer que vos serviteurs demeurent dans la terre de Gessen, où ils trouveront des pâturages.

5. Le roi dit donc à Joseph : Votre père et vos frères sont venus vous trouver.

6. Vous pouvez choisir dans toute l'Égypte le lieu qui leur convient ; faites-les demeurer dans l'endroit du pays qui vous paraîtra le meilleur ; et donnez-leur la terre de Gessen qu'ils demandent. Que si vous ne connaissez parmi eux des hommes habiles, donnez-leur l'intendance sur mes troupeaux.

7. Joseph introduisit ensuite son père devant le roi, et il le lui présenta ; Jacob salua Pharaon et lui souhaita toutes sortes de prospérités.

8. Le roi lui ayant demandé quel âge il avait :

9. Il lui répondit : Il y a cent trente ans que je suis voyageur ; et ce petit nombre d'années, qui n'est pas venu jusqu'à égaler celui de mes pères, a été traversé de beaucoup de maux.

10. Et après avoir souhaité toutes sortes de bonheur au roi, il se retira.

11. Joseph, selon le commandement de Pharaon, mit son père et ses frères en possession du lieu où l'on bâtit depuis la ville de Ramesses, située dans la terre de Gessen qui est la plus fertile de toute l'Égypte.

12. Et il les nourrissait avec toute la maison de son père, donnant à chacun ce qui lui était nécessaire pour vivre, comme il le pratiquait à l'égard des Égyptiens. Il vendait aussi du blé aux étrangers, qui venaient de toutes parts en acheter en Égypte.

15. Car le pain manquait dans tout le monde, et la famine affligait toute la terre, mais principalement l'Égypte et le pays de Chanaan.

14. Joseph ayant amassé tout l'argent qu'il avait reçu des Égyptiens et des Chanéens pour le blé qu'il leur avait vendu, le porta au trésor du roi.

15. Et lorsqu'il ne restait plus d'argent à personne pour en acheter, tout le peuple de l'Égypte vint dire à Joseph : Donnez-nous du pain ; pourquoy nous laissez-vous mourir faute d'argent ?

16. Joseph leur répondit : Si vous n'avez plus d'argent, amenez vous troupeaux et je vous donnerai du blé en échange.

17. Ils lui amenèrent donc leurs troupeaux, et il leur donna du blé pour le prix de leurs chevreux, de leurs brebis, de leurs bœufs et de leurs ânes ; et il les nourrit cette année-là pour les troupeaux qu'il reçut d'eux en échange.

18. Ils revinrent l'année d'après, et lui dirent : Nous ne vous cachons pas, mon seigneur, que l'argent nous ayant manqué d'abord, nous n'avons plus aussi de troupeaux, et vous n'ignorez pas qu'excepté nos corps et nos terres, nous n'avons rien.

19. Pourquoy donc mourrions-nous à vos yeux ? Nous nous donnons à vous, nous et nos terres ; achetez-nous pour être les esclaves du roi, et donnez-nous de quoi semer, de peur que la terre ne demeure en friche, si vous laissez périr ceux qui peuvent la cultiver.

20. Ainsi Joseph acheta toutes les terres de l'Égypte, chacun vendant tout ce qu'il possédait à cause de l'extrémité de la famine. Et il acquit de cette sorte à Pharaon toute l'Égypte,

21. Avec tous les peuples depuis une extrémité jusqu'à l'autre.

22. Excepté les seules terres des prêtres, qui leur avaient été données par le roi ; car on leur fournissait une certaine quantité de blé des greniers publics ; c'est pourquoy ils ne furent point obligés de vendre leurs terres.

23. Dixit ergo Joseph ad populos : En ut cernitis, et vos et terram vestram Pharaon possidet; accipite semina, et serite agros,

21. Ut fruges habere possitis. Quintam partem regi dabit; quatuor reliquis permitto vobis in sementem, et in cibum familiis et liberis vestris.

23. Qui responderunt : Salus nostra in manu tuâ est: respiciat nos tantum dominus noster, et leti servemus regi.

26. Ex eo tempore usque in præsentem diem, in universâ terrâ Ægypti, regibus quinta pars solvitur, et factum est quasi in legem, absque terrâ sacerdotali, quæ libera ab hæc conditione fuit.

27. Habitavit ergo Israel in Ægypto, id est, in terrâ Gessen, et possedit eam: auctusque est, et multiplicatus nimis.

28. Et vitit in eâ decem et septem annis; factique sunt omnes dies vite illius centum quadraginta septem annorum.

29. Cùmque appropinquare cerneret diem mortis sue, vocavit filium suum Joseph, et dixit ad eum : Si inveni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo; et facies mihi misericordiam et veritatem, ut non sepelias me in Ægypto :

30. Sed dormiam cum patribus, et auferas me de terrâ hæc, condasque in sepulchro majorum meorum. Cui respondit Joseph : Ego faciam quod jussisti.

31. Et ille : Jura ergo, inquit, mihi. Quo jurante, adoravit Israel Deum, conversus ad lectuli caput.

COMMENTARIUM.

VERS. 2.—EXTREMOS QUOQUE FRATRUM QUINQUE VIROS. Hebraicè est, de extremitate fratrum tuorum accepit quinque viros, q. d. : Joseph non studiosè selegit inter fratres, hunc illumve à medio fratrum designando, sed quinque extremos et maximè obvios accepit. Ita Vatabl.

Secundò, Lyranus, Abulensis et Thomas Anglicus, extremos interpretantur præstantissimos.

Tertiò, Hebraei, Oleaster, Hamerus et Pererius, per extremos intelligunt viliores et abjectiores quoad speciem : hos enim ostendit Joseph Pharaoni, non autem speciosiores et elegantiores; ne eos Pharaon in animum aut militiam suam allegeret, quòd nolebat Joseph, ne scilicet fratres sui fide et moribus Ægyptiorum imbererent. Primus sensus et simplicissimus, maximèque respondet phrasi Hebrææ.

VERS. 4.—NON EST HERBA GREGIBUS. Si ita erat in Chanaan, cur non et in Ægypto? erat enim hæc communis et publica scicetas et sterilitas. Respondet Abulensis disparem esse rationem Chanaanæ et Ægypti; quia Ægyptus fossis multis ex Nilo ductis irrigua est; hæc autem caret Chanaanæ. Addit S. Augustinus q. 160 paludes Ægypti per se satis humidæ esse; ita ut quò Nilus minus exundat, eò illæ magis gramine abundant; quò verò Nilus magis exundat, eò illæ minus graminis proférant.

23. Après cela Joseph dit au peuple : Vous voyez que vous êtes à Pharaon, vous et toutes vos terres ; je m'en vais donc vous donner de quoi semer, et vous sèmeriez vos champs cette année, qui sera la dernière de la stérilité.

24. Afin que vous puissiez recueillir des grains l'année prochaine. Vous en donnerez la cinquième partie au roi, et je vous abandonne les quatre autres pour semer les terres, et pour nourrir vos familles et vos enfants.

25. Ils lui répondirent : Notre salut est entre vos mains ; regardez-nous seulement, mon seigneur, d'un oeil favorable, et nous servirons le roi avec joie.

26. Depuis ce temps-là jusqu'à aujourd'hui, on paie aux rois dans toute l'Égypte, la cinquième partie du revenu des terres et ceci est comme passé en loi, excepté la terre des prêtres, qui est demeurée exempte de cette sujétion.

27. Israël demeura donc en Égypte, c'est-à-dire, dans la terre de Gessen dont il joint comme de son bien propre, et où sa famille s'accrut et se multiplia extraordinairement.

28. Il y vécut 17 ans, tout le temps de sa vie fut de cent quarante-sept ans.

29. Comme il vit que le jour de sa mort approchait, il appela son fils Joseph, et lui dit : Si j'ai trouvé grâce devant vous, mettez votre main sous ma cuisse, et donnez-moi cette marque de la bonté que vous avez pour moi, de me promettre avec vérité, que vous ne m'enterrez point dans l'Égypte :

30. Mais que je reposerais avec mes pères, et que vous me transporterez hors de ce pays, et me metrez dans le sépulchre de mes ancêtres, qui est dans le champ d'Éphraïm. Joseph lui répondit : Je ferai ce que vous me demandez.

31. Jurez-le-moi donc, dit Jacob, et pendant que Joseph jurait, Israël, appuyé sur son bâton, adora Dieu, se tournant vers le chevet de son lit, du côté de la terre promise. Il s'inclina aussi profondément devant le bâton de commandement que portait son fils, récrant en sa personne la grandeur et l'autorité du Messie, dont Joseph était la figure.

COMMENTARIUM.

VERS. 6.—IN CONSPECTU TUO EST, q. d. : Offero tibi totam Ægyptum, elige partem quam voles pro parte tuo.

CONSTITUE ILLOS MAGISTROS PECORUM. Ita reipsâ factum esse asseverat Philo et Josephus.

VERS. 7.—BENEDICENS ILLI. Salutans et fausta precatus Pharaoni, dicendo, verbi gratiâ : Rex, in æternum vivo : Deus te sospitet, tibi benedicat. Simile est v. 10. Vide de hæc phrasi Martinum de Roa, lib. 4 Singular. c. 9.

VERS. 9.—DIES PEREGRINATIONIS VITE MEE, quia sæpè Jacob mutavit solum. Nam ex Chanaan ivit in Mesopotamiam, inde rediens rursum per Chanaan peregrinatus est, ita ut tota vita ejus videatur fuisse continua peregrinatio. Notat S. August. et S. Hieron. justos in hæc vitâ esse peregrinos, quia patriam habent cœlum : è contrario peccatores vocari, et esse habitatores terræ. Vide dicta ad Hebræos c. 11, 3, et hic c. 12, 1, in fine.

CENTUM TRIGINTA ANNORUM. Hoc anno 150 Jacobi, Joseph erat 50 annorum, Ruben verò 46, Simeon 43, Levi 44, Judas 43, ut patet ex dictis cap. 29 et 30. Hinc rursum patet descensum hunc Jacobi in Ægyptum, contigisse 215 annis post vocationem Abrahæ ex Chaldeeâ in Chanaan; cùm enim eò

vocatus est Abraham, erat 75 annorum: centesimo verò Abrahæ anno natus est Isaac; Isaac anno sexagesimo genuit Jacobum: Jacob descendens in Ægyptum erat 150 annorum. Si ergo ad hos 150 annos Jacobi addas illos 25 Abrahæ usque ad natum Isaac, et illos 60 Isacii usque ad natum Jacob, habebis annos 215 jam dictos.

PAULI. Hebraicè, pauci sunt: scilicet si comparentur cum longè pluribus annis Isacii, Abrahæ, Thare et aliorum parentum meorum.

Moraliter discite hic quàm brevis sit omnis hujus vite longævitas! In vitam enim eà lege omnes nascimur ut parùm in eà commorati, protinus exeamus, illudque Davidus ad Ethai hic usurpare liceat: Heri venisti, et hodiè compelleris nobiscum egredi. *Quid aliud, ait S. Augustinus, est vita quàm cursus ad mortem?* et S. Nazianzenus:

*Ipsam quod vivo est veluti rapidissimus annus
Qui cursum exorians semper ad ima fluit.*

Item rursum: *A tumulto, ait, tumultum peto, scilicet ab utero matris ad sepulcrum tendo; quin et Seneca epist. 53: « Quotidiè, inquit, demitur aliqua pars vite, et tunc quoque cum crescimus, vita decrescit: hunc quem agimus diem, cum morte dividimus: « mox ut in vitam ingredimur, statim alià portâ exire incipimus. »* Itē nunc, mortales, opes, honores, prædia accumulata, cras morituri.

MALI, id est, miseri, laboriosi, ærumnosi. Sic Christus ait: *Sufficit diei malitia, id est, miseria, sua.* Ut enim alia taceam, Jacobo primò, ob iram fratris Esau sibi necem machinantis, coactus fuit, relietâ patriâ, solus et pauper, fugere in Haran. Secundò, in Haran per 20 annos durissimè servivit Labano, Genes. 51. Tertio, ingenti metu percussus fuit valdeque laboravit, ut placaret Esau occurrentem sibi cum 400 viris, Genes. 52. Quarto afflictus fuit stupro Dine, et strage Sichimis à filiis suis illatâ, timuitque ne à Chanaanis irruentibus opprimeretur, Genes. 54. Quintò, perculit eum mors Rachelis. Sextò, contristavit eum incestus Ruben cum Balâ uxore suâ, Genes. 55. Septimò, Joseph venditus et perditus per 25 annos, eum mirè afflixit. Octavò, Simeon in Ægyptum, animum ejus sociârunt. Nonò, cum, ob famis necessitatem, jam decrepiti, ex Chanaan sibi suisque promissâ, debuit proficisci in Ægyptum, sibi et patribus invisam, indoluit.

VERS. 10. — BENEDECTO REGE. Salutato rege, et vale ei dicto: benedicere enim hic est salutare, et vale, ut dixi v. 7. Sic Job benedixit, id est, valedixit Davidi, 2 Reg. 14, v. 21. Sic 4 Reg. 4, v. 29, Elizeus jubet Giezi ut neminem per viam salutet, ubi Hebræi habent, ut neminem benedicat; cum enim abentem dicimus Vale, hoc ipso valetudinem bonam apprecantes, alteri quasi benedicimus: benedicere enim est benè precari, sive bona et fausta apprecari.

VERS. 11. — RAMESSES. In illa regione Gessen, in quâ postea Israelitæ extruxerunt urbem quam Ramesen vocaverunt. Ita S. Hieron.

VERS. 15. — TORO ORBE. Magnâ orbis parte, puta

toto Oriente, qui est quasi orbis Chananæ et Ægypti, eam cingens et ambiens; est hyperbolè. Hebraicè est, *tota terra, quod non benè Vatabl. ad solam Ægypti terram restringit.*

VERS. 14. — INSTULIT EAM IN ERARIUM, nihil inde sibi reservans, ait Philo. Vide quàm Joseph alienus fuerit à nostri avi peculatu, quàmque non suis, sed publicis commodis studerit.

VERS. 15. — PANES. Frumentum ex quo pinsama panes.

VERS. 18. — ANNO SECUNDO, ab adductis et venditis pecoribus, qui fuit quartus vel quintus ab inchoatâ fame.

VERS. 19. — EME NOS IN SERVITUTEM. Famis enim causâ licet, non tantùm seipsam, sed et proles vendere in servitutem.

PRÆBE SEMINA. Ergo aliquid tunc seri adhuc poterat, puta in agris Nilo adjacentibus.

VERS. 22. — PRÆTER TERRAM SACERDOTUM. Nota: hanc immunitatem à tributo suis idolorum sacerdotibus concessit Pharaò, uti exprimitur Hebræa, Chaldaea et Septuag., non Joseph unius veri Dei cultor et vult Theodor., nisi dicas Joseph eam illis concessisse, non quatenus sacerdotes erant idolorum, sed quatenus Philosophi erant et magistri sapientie et astrologie, ideòque carne, vino, ovis, lacte, conjugio omnibusque mundi negotiis totâ vitâ abstinenti, ut ait S. Hieron. lib. 1 contra Jovinian. Fortè etiam Joseph eos docuit verum unius Dei cultum, ut inquit Psaltes Psalm. 104, vers. 22. Nota huic locum, pro verorum sacerdotum Christi immunitate à vectigalibus: si enim hanc gentilibus suis concessit Pharaò, quomodo eam non concedet christianus rex et princeps sacerdotibus Christi? Eorum enim bonos vel contemptus ad Deum ipsum pertinet, et quod in eos confertur, confertur Deo qui ubertim vices rependit, principisque remunerabitur, ait S. Chrysost. hom. 65.

Tropologicè Origenes, sacerdotes Dei, inquit, annat partem in cœlis accipere, terrenam repudiant; Pharaonis verò sacerdotes suam partem habent in terrâ.

VERS. 25. — DIXIT ERGO JOSEPH, anno sterilitatis septimo et ultimo, ut sererent in sequentem annum fertilitatis reditare. Ita Philo qui et addit Josephum speculatores possuisse, qui viderint, ut sationi ea pars impenderetur, ne quis eam in cibos absumeret.

VERS. 25. — SALUS NOSTRA IN MANU TUA EST. Hebraicè est, *tu vivificasti nos (tu nobis tuâ alimonia vitam servasti) invenianus gratiam in oculis domini mei (in oculis tuis, O Joseph) ut sinus servi Pharaonis; quasi dicant: Tu es auctor et servator vite nostre, tu nos restituiti in vitam; vicissim nos ergo pro hac alimonia et salute, tibi et Pharaoni nos in servos offerimus; imò pro magno beneficio reputabimus, si nos in servitutem ac consequenter in eam et providentiam tuam recipias, tam tu, quàm Pharaò quibus per te tam providè et benignè in hac fame peribit, ut satius sit illi servire, ab illo regi et pendere quàm nostrâ libertate frui, nos regere, nos et nostra curare*

et providere, ne rursum in famem simileve malum incurramus.

VERS. 26. — FACTUM EST QUASI IN LEGEM. Hæc pensio regia constituta à Josepho vim perpetua legis accepit. Ita Hebræa, Chaldaea et Græca; q. d.: Joseph induxit consuetudinem, que etiam hodiè instar legis perdurat, ut regibus Ægyptiorum quinta pars frugum solvatur. Vide quàm æquè et leniter cum subditis agat Joseph; hodiè non desunt tyranni, qui sine titulo plus quàm dimidiam partem exigunt et extorqueant. Rursum hæc ita disposuit Deus, ut Pharaonis remuneraretur beneficentiam, quam in justum senem Jacobum, ejusque filios contulerat.

Moraliter discant à Josepho principum consilarii et præfecti, se non suis, sed reip. et principum commodis studere debere. Joseph enim cum esset princeps Ægypti, noluit ditare se, nec evehere patrem et fratres ad ampla officia, cum id faciliè et sine invidiâ facere potuissent, imò Pharaò id cuperet, itaque ut ostenderet quàm fideliter rempob. administraret, quàmque alienus esset à cupiditate, ac privato suè et suorum amore. Voluit ergo, ut in eodem officio et gradu, quo consueverant, permanerent, essentque pastores ovium, ac suo labore et curâ victum sibi pararent. Intueantur hoc exemplum prælati nostri ævi, illi, qui cum ex humilibus in altum tolluntur, secum eodem attollere volunt suos nepotes et cognatos, ut rem propriam magis quàm publicam agere videantur, ac opes Ecclesie non quasi Ecclesie, sed ut privatas administrent, easque in suum et suorum usum, imò luxum convertant. Qualem hi Christo Domino rationem reddent villicationis suæ in ultimo et magno mundi die! Talis fuit apud Romanos M. Attilius Regulus, qui cum summis rebus præfuisset, adeò tamen pauper mansit ut se, conjugem, liberisque toleraret agello qui colebatur per unum villicum, cujus auditâ morte scripsit Regulus senatui de successore: destitutus enim rebus morte servi, necessariam esse presentiam suam. P. Scipionem Africanum juniorem memorant annis 54 quibus vixit, nil emisse, nil vendidisse, nil edificasse: libras autem argenti 53 tantùm in magnâ substantiâ et auri duas reliquisse, cum tamen in ejus potestate victa fuisset Carthago, ac unoque imperatorum omnium milites locupletati sint. Ita Ælian. lib. 11. Aristides filius Lysimachi, qui multa domi militieque præclarè gessit, et Græcis tributum imperavit, non tantùm post obitum reliquit, ut exequiis celebrandis sumptus esset. Ita Ælianus ibid. Talis prorsus fuit et B. Thomas Morus, ut patet ex ejus vitâ apud Stapleton. Epaminonda Artaxerxes magnam auri pondus misit, ut eum in suam traheret sententiam; sed ille legatis dixit: Nil opus est pecuniâ; si enim rex ea vult, quæ Thebanis meis sunt utilia, gratis facere sum paratus: sin autem contraria, non habet auri satis, nam totius orbis opes accipere nolo pro patriâ charitate. Vos qui me incognitum testidistis, vestrique similes existimastis, non miror vobisque ignosco. Sed egredimini properè, ne alios corrumptis, cum me non poteritis; alioqui tradam vos magistratui. Testis est Probus in ejus vitâ. Idem, cum

legati ferrent munera, ut eum corrumpere, ad prandium eos vocavit: apposita est mensa vilis, vinumque acidum: tum Epaminondas: Abite, ait, et domino vestro mea prandia narrate, quibus me contentum, non facile suis muneribus ad proditionem alliciet.

VERS. 27. — ISRAEL, Jacob.

VERS. 28. — CENTUM QUADRAGINTA SEPTEM. — Nota: Hæc est periodus vite Jacobi. Primò, natus est Jacob anno mundi 2109, à diluvio 452. Secundò, Jacob mansit in domo patris usque ad annum ætatis 77, quo præripuit primogenituram Esau, ideòque timens ejus insidias fugit in Haran. Tertio, in Haran post septennium quo servivit Laban, accepit uxores Liam et Rachelem. Ex Liâ genuit Ruben anno ætatis 84, Simeonem anno 85, Levi 86, Judam 87, Joseph 91. Quarto, post genitum Joseph omnesque proles præter Benjamin, servivit Jacob Labano alios sex annos pro gregibus, ita ut universum in Haran fuerit et servivert 20 annis; quibus expletis anno ætatis 97 reversus est in Chanaan. Quintò, Jacob anno ætatis 107 genuit Benjamin, in cujus partu mortua est Rachel. Sextò, sub annum Jacobi 88 contigit celebre illud diluvium Ogygis, quo terra Attica adeò vastata est, ut per annos 199 usque ad Eusebium sine rege et penè deserta fuerit, de quo Euseb. lib. 10 Præpar. c. ult.; et S. August. lib. 48 de Civ. c. 18. Ubi et aliud ejusdem temporis portentum addit S. Augustinus, nimirum quòd stella Veneris visa sit mutare colorem, magnitudinem et cursum suum. Septimò, Joseph venditus fuit anno ætatis suæ 16, Jacobi 107. Lixit eum pater quatuor mortuum per annos 25, scilicet ad ætatem ætatis 150, quo cum filiis à Joseph evocatus, ex Chanaan descendit in Ægyptum. Octavò, Isaac mortuus est, cum Jacob ageret annum ætatis 120. Nonò, mortuus est Jacob anno ætatis 147, quo Joseph erat 56 annorum, puta anno mundi 2256. Decimò, mors Jacobi præcessit 198 annis egressum Hebræorum ex Ægypto, ortum verò Mosis annis 118. Denique, Jacobo degente in Ægypto, natus fuit S. Job, patientie speculum.

VERS. 28. — PONE MANUM TUAM SUB FEMORE. De hoc ritu jurandi dixi cap. 24, v. 2.

FACIES MIHI MISERICORDIAM ET VERITATEM. Misericordia significat gratiam et gratuitum beneficium: veritas significat fidelitatem, fidelique beneficii collationem et executionem, q. d.: Prestabis mihi hanc gratiam, ut me non hic, sed in Chanaan sepelias, illudque fideliter et veraciter exequeris.

VERS. 29. — UT NON SEPELIAS ME IN ÆGYPTO, SED DORMIAM CUM PATRIBUS MEIS. Idem optavit et mandavit sibi post mortem fieri Joseph, cap. 50, v. 24. Hujus voti causa fuit primò, quia optabat S. Jacob in terrâ sanctâ, in quâ solâ futurus erat Dei cultus, inter sanctos parentes, puta cum Isaac et Abrahamo, sepeliri, in Hebron. Vide quanta precibus fuerit cura sepulcri, quàmque optandum sit sepeliri inter sanctos. Secundò voluit Jacob sepeliri in Chanaan, ut suorum posterorum animos ab Ægypti opibus et vitis avelleret, eisque firmam reditè et liberationis ex Ægypto, atque adipiscendo: terre Ægypti, puta Chananæ, spem

faceret. Ita Theodor., S. Chrysost., Rupert. Tertio, id voluit ut apud posteros suos in Chanaan habituros, hæc sua et patrum sepulcra essent viva fidei, pietatis et virtutis eorum monumenta pariter et incitamenta. Quarto, sciebat Jacob Christum in Chanaan nasciturum, moriturum et resurrecturum : hinc in eâ sepeliri optat, ut cum Christo resurgere possit. Ita Lyran., Abulens. et alii. Quare ab omnibus catholicis, inquit Abulens. et alii, inter alios qui cum Christo in die Pasche resurrexerunt, etiam Jacob resurrexisset.

Addit topologie S. August. quod Jacob desiderabat remissionem peccatorum, tam suorum quam totius generis humani, per Christi meritum in Chanaan obendum; hinc in eâ sepeliri voluit. Simili de causâ in Chanaan, puta in Bethlehem, vivere et mori voluit S. Hieron., S. Paula, multique alii sancti. Denique, in Chanaan sepeliri voluerunt patriarchæ, ut essent participes precum et sacrificiorum, quæ ibi offerebantur : credebant enim ipsi esse Purgatorium.

Anagoge Rupertus : Jacob, inquit, exemplum vivis mortuus dedit, ut in spe patriæ celestis pignus amarent æternæ hereditatis, q. d. : Jacob sepeliri voluit in Chanaan, ut posteri anhelarent ad eum, cuius typus erat Chanaan.

IN SEPULCRO MAJORUM. — In spelunca duplici Hebronis, de qua cap. 2, 3, v. 17. Hinc fideles ab olim sepeliri solent inter fideles et sanctos, in locis sacris. Audi S. Dionysium Eccles. Hierarch. c. 7 : *His peractis, inquit, Pontifex condit in loco dignissimo corpus, cum aliis sui ordinis corporibus sacris. Et Clemens Rom. lib. 6. Constit. Apostolic. c. 50 : Convenite, ait, in cœmeteria, sacros locos in iis legentes, et psallentes pro his qui dormierunt. Ea autem consecrari solere à sacerdotibus docet Gregorius Turon. de Gloria Confes. cap. 506. Vocantur autem cœmeteria, quasi dormitoria, eò quod fideles in Scrip. post mortem dicantur in iis dormire, extremo die iudicii resuscitandi, teste S. Augustino epist. 122. S. Cyprianus lib. 4, epist. 4, arguit Martiatum quemdam, quod filios suos exterrarum gentium more, apud profana sepulcra deposuerit. Quo ipso indicat jam tum sacra sepulcra fuisse pro Christianis. In templis autem sæpè sepultos fuisse fideles, testatur S. Ambrosius lib. 4 de Abraham c. 5; Hieron. in vitâ Paulæ et Fabiolæ, August. lib. de Cura pro mortuis, c. 1.*

VENS. 51. — JURA ERGO. Non diffidit Jacob verbo Josephi, sed juramentum exigit ut Joseph hoc apud Pharaonem possit præterere, si Jacobi corpus in Ægypto retinere vellet. Ita Rupertus. Addit Abul. Sciebat, inquit, Jacob quod Joseph, nisi eum tam arctè obli-

CAPUT XLVIII.

1. His ita transactis, nuntiatum est Joseph quod agrotaret pater suus : qui assumptis duobus filiis Manasse et Ephraim, ire perrexit.
2. Dictumque est seni : Ecce filius tuus Joseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo.
3. Et ingressus ad se, ait : Deus omnipotens apparuit mihi in Euzâ, que est in terrâ Chanaan; benedixitque mihi.
4. Et ait : Ego te augebo et multiplicabo, et faciam

gasset, intendebat facere ei sepulcrum pretiosum et memorabile in Ægypto. Juramentum ergo ab eo exigit ut eo se obligatum sentiens, omninò à proposito abistat, et in avito patrum sepulcro modeste eum sepeliat in Chanaan. Ubi vide et imitare modestiam Jacob et amorem simplicitatis.

CONVERSUS AD LECTULI CAPUT. Ita vertunt quoque Aquila et Symmachus. Porro veritè se Jacob ad lecti caput versus Joseph, quia illud erat ad Orientem, quò se vertere solent adorantes, et cuius rei causâ altaria versùs Orientem extruuntur; aut, utvult Lyran., quia caput hoc lecti erat versùs terram promissam, ad quam se adorantes convertelant, cum extra illam erant, ut patet Daniel. 6, 10; 3 Reg. 8, v. 4. Ita et Ribera in c. 11 ad Hebræos, Abulensis et alii hic.

Dices : Quomodo ergo Septuaginta, et ex iis S. Paulus vertunt : *Adoravit Jacob fastigium virgæ ejus, puta sceptri Josephi?*

Respondeo : Ex eo factum est quod hebræa vox *מטה*, si legeris *mita*, significat lectulum; sin vero aliis punctis legeris *matte*, tunc significat virgam : utroque modo hic legi potest, et utraque lectio et versio est canonica. Utrumque ergo fecit Jacob, nimirum ipse voti compos factus, lectusque ob datum sibi à Josepho promissionem quod se sepeliret in Chanaan apud patres suos, illi gratias egit, et adoravit, id est, curvando se reverentiam exhibuit ac veneratus est sceptrum, id est, regiam potestatem Josephi, illi à Pharaone, vel potius à Deo datam.

Secundo, et magis genuinè, Jacob gratias agens Deo cum adoravit et laudavit, quod hanc potestatem et hanc etiam mentem sepeliendi se in Chanaan, dedisset Josepho. Unde convertit se ad lectuli caput, vel quia hoc caput erat ad Orientem, vel quia spectabat terram Chanaan, ut dixi. Pluribus hæc de re egi ad Hebræos 11, 21.

Vide hic impletum somnium Joseph cap. 57, v. 9, quod pater et mater adoraturi essent eum. Dices : Rachel mater ejus jam pridem erat mortua, scilicet antequam Joseph à fratribus venderetur, ut patet 35, 19. Ergo illa non potuit eum adorare. — Respondet S. Chrysost. uxorem censeri cum marito unam personam civiliter, juxta illud Gen. 2 : *Erunt duo in carne una*; marito ergo adorante, censeri quoque uxorem adorare filium. *Si enim pater hoc fecit, inquit, multò magis illa, nisi ex hæc vitâ prætergita fuisset. Adde, Rachelum substituisse sibi Balam, quæ adoravit Joseph, ut dixi cap. 57, 9.*

CHAPITRE XLVIII.

1. Quelque temps après, on vint dire à Joseph que son père était plus mal; alors prenant avec lui ses deux fils, Manassé et Ephraïm, il alla voir.
2. On dit à Jacob : Voici votre fils Joseph qui vient vous rendre visite. Jacob reprenant ses forces, se mit sur son séant dans son lit.
3. Et il dit à Joseph, lorsqu'il fut entré : Le Dieu Tout-Puissant m'a apparu à Euzâ, qui est au pays de Chanaan; et m'avant béni.
4. Il m'a dit : Je ferai croître et je multiplierai beaucoup votre race : je vous rendrai chef d'une multitude

te in turbas populorum; daboque tibi terram hanc et semini tuo post te, in possessionem sempiternam.

5. Duo ergo filii tui, qui nati sunt tibi in terrâ Ægypti antequam hic venirem ad te, mei erunt; et Ephraim et Manasses, sicut Ruben et Simeon reputabuntur mihi.

6. Reliquos autem quos genueris post eos, tui erunt, et nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis.

7. Mihi enim, quando veniebam de Mesopotamiâ, mortua est Rachel in terrâ Chanaan in ipso itinere, eratique verum tempus; et ingrediebar Ephratam, et sepelivi eam juxta viam Ephratæ, que alio nomine appellatur Bethlehem.

8. Videns autem filios ejus, dixit ad eum : Qui sunt isti?

9. Respondit : Filii mei sunt, quos donavit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, ut benedicam illis.

10. Oculi enim Israel caligabant præ nimia senectute, et clarè videre non poterat. Applicitosque ad se deosculatus, et circumplexus eos,

11. Dixit ad filium suum : Non sum fraudatus aspectu tuo, insuper ostendit mihi Deus semen tuum.

12. Cùmque tulisset eos Joseph de gremio patris, adoravit pronus in terram.

13. Et posuit Ephraim ad dexteram suam, id est, ad sinistram Israel : Manassen verò in sinistrâ suâ, ad dexteram scilicet patris, applicuitque ambos ad eum.

14. Qui extendens manum dexteram, posuit super caput Ephraim minoris fratris; sinistram autem super caput Manasse, qui major natu erat, commutans manus.

15. Benedixitque Jacob filiis Joseph, et ait : Deus, in cujus conspectu ambulaverunt patres mei Abraham et Isaac, Deus qui passus me ab adolescentiâ meâ usque in presentem diem;

16. Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicit pueris istis; et invocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham et Isaac, et crescant in multitudinem super terram.

17. Videns autem Joseph quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, graviter accepit; et apprehensam manum patris levare conatus est de capite Ephraim, et transferre super caput Manasse.

18. Dixitque ad patrem : Non ita convenit, pater; quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput ejus.

19. Qui reuens, ait : Scio, fili mi, scio; et iste quidem erit in populos, et multiplicabitur; sed frater ejus minor, major erit illo; et semen illius crescet in gentes.

20. Benedixitque eis in tempore illo dicens : In te benedictus Israel, atque dicetur : Faciat tibi Deus sicut Ephraim, et sicut Manasse. Constituitque Ephraim ante Manassen.

21. Et ait ad Joseph filium suum : En ego morior,

de peuples et je vous donnerai cette terre, et à votre race après vous, afin que vous la possédiez pour jamais.

5. C'est pourquoi vos deux fils, Ephraïm et Manassé, que vous avez eus en Égypte avant que je vinsse ici avec vous, seront à moi, et ils seront mis au nombre de mes enfants, comme Ruben et Simeon, et ils partageront avec eux la terre que Dieu m'a promise.

6. Mais les autres que vous aurez après eux, seront à vous, et ils porteront le nom de leurs frères dans les terres qu'ils posséderont, ayant leur partage dans celles qui seront assignées aux deux tribus dont Ephraïm et Manassé seront les chefs; j'adopte ainsi vos deux enfants, pour suppléer au petit nombre de ceux que Rachel m'a donnés.

7. Car lorsque je revenais de Mésopotamie, je perdis Rachel, qui mourut en chemin au pays de Chanaan : c'était au printemps, à l'entrée d'Ephrata, et je l'enterrai sur le chemin d'Ephrata, qui s'appelle aussi Bethléhem.

8. En même temps Jacob voyant les fils de Joseph lui demanda : Qui sont ceux-ci ?

9. Joseph lui répondit : Ce sont mes enfants que Dieu m'a donnés en ce pays-ci. Approchez-les de moi, dit Jacob, afin que je les bénisse.

10. Car les yeux d'Israël s'étaient obscurcis, à cause de sa grande vieillesse, et il ne pouvait bien voir. Les ayant donc fait approcher de lui, il les embrassa et les baisa.

11. Et il dit à son fils : Dieu m'a voulu donner la joie de vous voir, et il y ajoute encore celle de voir vos enfants.

12. Joseph les ayant retirés d'entre les bras de son père, adora en se prosternant en terre.

13. Et ayant mis, Ephraïm à sa droite, c'est-à-dire, à la gauche d'Israël, et Manassé à sa gauche, c'est-à-dire, à la droite de son père, il les approcha tous deux de Jacob.

14. Lequel étendant sa main droite, la mit sur la tête d'Ephraïm, qui était le plus jeune, et mit sa main gauche sur la tête de Manassé, qui était l'aîné, changeant ainsi ses deux mains de la place que naturellement elles devaient occuper.

15. Et bénissant les enfants de Joseph, il dit : Que le Dieu en la présence de qui ont marché mes pères Abraham et Isaac, le Dieu qui me nourrit depuis ma jeunesse, jusqu'à ce jour,

16. Que l'ange qui m'a délivré de tous maux, bénisse ces enfants; qu'ils portent mon nom, et les noms de mes pères Abraham et Isaac, et qu'ils se multiplient de plus en plus sur la terre.

17. Mais Joseph voyant que son père avait mis sa main droite sur la tête d'Ephraïm, en eut de la peine; et prenant la main de son père, il tâcha de la lever de dessus la tête d'Ephraïm, pour la mettre sur la tête de Manassé.

18. En disant à son père : Vos mains ne sont pas bien, mon père; car celui-ci est l'aîné, mettez votre main droite sur sa tête.

19. Mais, refusant de le faire, il lui dit : Je le sais bien, mon fils, je le sais bien; celui-ci sera aussi chef des peuples et sa race se multipliera; mais son frère, qui est le plus jeune, sera plus grand que lui, et sa postérité se multipliera dans les nations.

20. Jacob les bénit donc alors, et dit : Israël sera béni en vous, et on dira : Que Dieu vous bénisse comme Ephraïm et Manassé. Ainsi il mit Ephraïm devant Manassé.

21. Il dit ensuite à Joseph, son fils : Vous voyez que

et erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorum.

22. Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio et arcu meo.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — CONFORTATUS, tum ex gaudio concepto ex adventu filii charissimi Josephi, tum ex speciali dono et confortatione Dei, qui uti corpori spiritum fortitudinis, ita animo Jacobi morituri, suisque valedicturi spiritum prophetiæ indidit, ut patet ex sequentiis.

VERS. 4. — DABO TIBI TERRAM HANC, CHANANÆAM. Jacob hic certus ex Dei promissione Chananeam sibi, id est, posteris suis, tradendam, hic et cap. seq. eam inter duodecim filios suos partitur et distribuit.

IN POSSESSIONEM SEMPTERNAM, non absolutè, sed respectu tuæ stirpis et gentis, q. d. : Quamdiù durabit tua gens, tuus populus, tuorum filiorum respublica et regnum, tamdiù possidebit ipsi Chananeam; ac consequenter, semper, id est, toto tempore sue reipublice, et regni possidebit eam; si enim gens evertatur vel intereat, quid mirum si amplius terram suam non possideat? Vide can. 4.

VERS. 5. — MEI ERUNT; censo meos filios, sequè ac Rubenem et Simeonem. Nota: Jacob hic duos Josephi filios, suos nepotes, puta Ephraim et Manasse, sibi adoptat in filios, ut quisque eorum separatim tribum constituit, et propriam hereditatem in Chananeam adeat, æquè ac Ruben, Simeon, alique sui filii; nam alioqui Ephraim et Manasses, patri Josepho succedentes, unam tantum tribum Joseph constituisent, unamque tantum patris portionem in Chananeam adissent; nunc vero à Jacobo tribus Joseph in duas dividitur, puta in Ephraim et Manasse, ut illi pares jure cœditatis et succedant cum Ruben, Judà, aliisque immediatis suis filiis.

VERS. 6. — RELIQUOS AUTEM QUOS GENERIS POST EOS, TUI ERUNT, tui censentur. Nam Ephraim et Manasses à me adoptati, mei censentur. Non legimus Josephum alios genuisse.

ET NOMINE FRATRUM SUORUM VOCABUNTUR IN POSSESSIONIBUS SUIS. Fratrum, puta Ephraim et Manasse, q. d. : Si aliquos post hos generis filios, illi non constituit tribum separatam, sed ad tribum Ephraim vel Manasse aggregabuntur, et in divisione Chananeæ, eandem cum illis portionem hereditatis accipient.

VERS. 7. — MIHI ENIM, QUANDO VENERAM DE MESOPOTAMIA, MORTUA EST RACHEL. Pro enim, ex Hebræo verti potest, autem. Ita Vatabl. Injicit hic Jacob Joseph mentionem Rachelis, primò, quia Rachel erat mater Josephi, uxorque Jacobi dilectissima; solent enim parentes apud filios, sæpè matrum reificare memoriam. Q. d. : Dixi de filiis tuis, eos me adoptare in meos; nam quod ad Rachelem matrem tuam attinet, illa mihi præmaturè erepta et mortua est, cum adhuc plures mihi parere potuissent filios, idèque eorum loco filios tuos in meos mihi illic adopto. Secundò, videtur Jacob ex præced. capitis colloquio cum Josepho, in eo deprehendisse signa aliqua admirationis,

je m'en vais mourir; Dieu sera avec vous, et il vous ramènera au pays de vos pères.

22. Je vous donne de plus qu'à vos frères cette part de mon bien que j'ai gagnée sur les Amorrhéens avec mon épée et mon arc.

COMMENTARIUM.

cur tantoperè pater cum tantis sumptibus cuperet sepeliri in Chanaan, puta in Hebron apud suos majores, cum tamen ibidem non sepelivisset Rachelem suam dilectissimam, sed in Bethlehem. Huic ergo admirationi obviat hic Jacob, seque excusat, quòd Rachelem non ad vitandos sumptus vel itineris difficultates, sed ob tempus verum, quo faciliè tabescunt et putrescunt corpora mortua, statim in loco quo consistebat, puta juxta Bethlehem, sepelire debuisset, nec, ut optulit, eam in Hebron deportare potuisset. Ita Lyran., Abulens. et alii.

Addit tertio Glossa, fortè prophetice Jacobum hic commemorare Rachelem esse sepultam in Bethlehem, quia ibidem nasciturus erat Christus, quasi ipsam suam hic in spiritu præviderit Jacob.

VERS. 11. — NON SUM FRAUDATUS ASPECTU TEO. Hebraicè est significantiùs: Quid faciem tuam videram, nunquam apud me cogitasset, et ecce Deus ostendit mihi etiam semen tuum. Ita Vatabl.

VERS. 12. — DE GENUO PATRIS. Ephraim et Manasses accedentes ad avum Jacobum, præ senio sedentem in lecto, genu flexerant, caputque in gremium ejus dimiserant; et ergo avum gravarent, et ut illis commodius benediceret, Joseph inde amicos utrinque collocat ad latus patris.

Nota. Ephraim et Manasses hoc anno 147 Jacobi, qui fuit Josephi 56, faciliè erant 22 annorum; nat enim sunt ante septennium sterilitatis, paulò post parturipatum patris, qui contigit anno ejus 50, ut patet c. 41, v. 50 et seq.

ADORAVIT, Joseph, tum patrem, illi se reverenter incurvando; tum propriè Deum, gratias agens pro hoc beneficio et benedictione patris.

Nota hic humilitatem, obedientiam, pietatem et charitatem Josephi principis, erga parentem plebeum et infirmum. Ita B. Thomas Morus Angliæ Cancellarius existens, flexis genibus à patre suo benedictionem petebat, idemque sacerdoti celebranti officiosè ministrabat. Alphonsus Aragonum rex patri Ferdinando obviam progressus, equo desiliit, ac pedibus comitabatur. Momenti autem patri, ut aliorum procerum more equo conscenso adequitaret, respondit: *Alitis liberum sit agere quod voluerint; ego nunquam adducam quin patrem, quin regem, et cum egrotum, pedibus sequar.* Testis est Panormitan. Salomon rex assurgens processit obviam matri suæ Bethsabee, eique incurvando se honorem detulit, ac jussit ei poni solum ad dexteram suam addens: *Pete, mater mea; neque enim fas est ut avertam faciem tuam*, 3 Reg. 2, v. 20.

VERS. 14. — MANUS DEXTERAM POSUIT SUPER CAPUT EPHRAIM. Jacob hic prophetice præfert juniorem Ephraim seniori Manasse, primò, quia ex Ephraim nascituri erant reges Israel, puta decem tribum. Ita Eusebius. Secundò, quia hæc tribus et gloria et numero

superavit tribum Manasse, ut prædicit Jacob vers. 19. Tertio, quia ex Ephraim nasciturus erat Josue, qui fuit dux Israelis, cumque induxit in Chanaan, unde et typus fuit Christi, qui nos in cælum inducit. Ita S. Hieronymus.

Nota. Jacob hæc prelationem et præminentiam Ephraim præ Manasse significat per manum dexteram, quam ei imponit. Manus enim dextera nobilior, potior et robustior est quàm sinistra. Ubi advertit, dexteram in Scripturis symbolum esse primò, roboris et fortitudinis, ut Psalm. 40: *Dextera tua inveniat omnes qui oderant te*; et Psalm. 45: *Brachium eorum non salvavit eos, sed dextera tua*. Secundò, auxilii et adjutorii, ut Job 14: *Operi manuum tuarum porriges dexteram*. Tertio, honoris et gloriæ, ut Psalm. 109: *Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis*; et Matth. 23, dicuntur electi in die judicii collocandi ad dexteram Christi; et Salomon 3, Reg. 2, matrem suam honorare volens collocavit eam in throno ad dexteram suam. Quarto, eximii amoris, ut Cantic. 2: *Dextra illius amplectabitur me*. Quintò, misticæ voluptatis ac dulcedinis, ut Psalm. 15: *Delectationes in dextera tua*. Sextò, dextera in Scripturis significat id quod bonum, rectum et sanctum est, sicut sinistra significat id quod malum, pravam et perversum est, ut Prov. 14: *Vias que à dextris sunt, novit Dominus; perversa verò sunt que à sinistris sunt*. Et Eccles. 10: *Cor sapientis, in dextera ejus; et cor stulti, in sinistra illius*. Sic vulgò dicimus, sinistra suspicio, sinister oculus, sinistrum judicium, id est, malum. Septimò, dextera significat bona maxima, qualia sunt æterna, sinistra verò significat parva et exilia, qualia sunt temporalia, Proverb. 3, v. 16: *Longitudo dierum in dextera ejus, et in sinistra illius divitiæ et gloria*. Ubi per longitudinem dierum significatur beata vitæ æternitas, quam offert sapientia; per divitias verò et gloriam, significantur humana et temporalia bona presentis vite. Ita Pererius.

COMMUTANS MANUS. Hebraicè est, *sichel et iadaf, fecit intelligere manus suas*, id est, spontè, sciens et prudens manus suas transposuit, scilicet decussatim in modum crucis.

Hinc allegoricè, Rupert.: Ephraim, inquit, sunt gentes, quæ per manum transpositionem, id est, per crucem Christi, cui crediderunt, prelate sunt Manasse, id est, Judæis. Sic et Tertull. lib. de Baptismo, et Damasc. lib. 4, c. 12, docent cancellatas manus Jacobi presignasse crucem Christi.

Tropologicè, Theodoret.: Discè, inquit, hic Deum non prima et nobiliora, uti homines, sed ultima et viliora prælegere et præponere. Sic Deus hominem angelo, Abelum Caino, Isaacum Ismaeli, Jacobum Esau, Josephum Rubeno, Mosen Aaroni, Davidem septem fratribus prætulit et proposuit.

VERS. 15. — IN CUBES CONSPICIT AMBLAVEYNT, quem quasi presentem, seque intuentem semper reveriti sunt, cui quasi famuli asiterunt et servierunt, coram quo sanctè et reverentier, jugiter conversati sunt patres mei. Vide dicta c. 5, v. 221: *Deus qui pavescit me ab adolescentiâ. Hæc*, inquit S. Chrysost.,

grata animæ ac piæ, et benè memoris beneficiorum Dei sunt verba.

ANGELUS, custos meus. Subandi hic vocem quoque, q. d. : Deus benedicit pueris istis; angelus quoque, meus benedicit iisdem. Ita Vatabl. et Abulens.

INVOCATOR SUPER EOS NOMEN MEUM, id est, vocentur filii meæ consequenter filii Isaac et Abrahæ. Ita Theodor. Hoc enim in Scripturâ significat, *Invocari nomen alicujus super aliquem*. Ne igitur, inquit, operam nostram in colligendis opes collocemus, quas relinquamus filiis. Sed doceamus eos virtutem, et benedictionem Dei illis imprecemur. *Ista sunt ineffabiles divitiæ que non absumentur, que quotidie substantiam nostram auferunt. Nil enim virtuti par, nihil virtute potentius; nisi hæc habeat qui diæmna gerit, quovis panniculis paupere miserior erit. Hoc igitur nostros filios doceamus, ut virtutem rebus omnibus præferant, nihilque faciunt divitiarum abundantiam. Hæc enim juvenibus sæpè est id quod culter pueris, quem matres his adimunt, ne eo se lædant. Nascentur enim inde luxus, delitiæ, absurde voluptates, et infinita mala.*

VERS. 19. — MULTI ERUNT GENTES. Hebraicè, erit plenitudo, vel multitudo gentium, id est, plene, multe et numerosæ gentes, familie et populi ex eo nascentur, adobque reges, qui decem tribubus, quasi multis gentibus imperabunt.

VERS. 20. — IN TE BENEDICITUR ISRAEL. In te, id est, instar tui: benedictionis positur pro affini caph similitudinis, q. d. : Dum parentes volent filios suis Israelitis benè precari, dicent: Multiplicet te Deus, sicut multiplicavit Ephraim et Manasse.

VERS. 22. — DO TIBI PARTEM UNAM EXTRA FRATRES TUOS, QUAM TULI DE MANU AMORRHÆI, IN GLADIO ET ARCU MEO. Pars hæc singularis quam ex divisione Chananeæ exemit Jacob, dedicte speciali donatione Josepho, fuit ager urbis Sichem vel Sichar, ut patet Joannis 4, v. 5, et ex Septuag. qui vertunt: *Do tibi Sichimam, præcipuum super omnes fratres tuos*, etc. Acceperunt enim ipsi Hebræum *sechem*, ut nomen proprium, significans Sichem, vel Sichimam, quod S. Hieron., Chald. et alii acceperunt ut appellativum, significans *humerum*, id est, partem.

Dices: Hunc agrum emit Jacob c. 55, v. 19, et Josue ult. v. 32; quomodo ergo dicitur hic, quòd eum acquisierit gladio? Respondent primò, Eusebius, et S. Chrysost. quòd Simeon et Levi urbem et agrum Sichem, qui stuprum Dine à Sichinitis illatum, jure belli sibi patrique subegerint. Verum hæc vim et hoc bellum damnavit ipse pater Jacob non tantum vivens, sed et moriens, ut patet c. seq. v. 6. Secundò, Chaldaeus, et ex eo Abulensis et Aben Esra vertunt: *Quam tui gladio, id est, oratione et precibus*; hæc enim sunt arma et gladii piorum et sanctorum, qualis erat Jacob. Tertio, S. Hieronymus, in gladio, inquit, et arcu. id est,

